

medij motus Lunæ, cum 20 die Iulij reperio in angulo communis gradus cum E litera, quæ numero in mobili rotula, eaq; sub centri filum duco, & index ostendit & principium, medium Lunæ motum. Postea cum annis datis in tabula radicū argumenti Lunæ, reperio radicem anni 7 gradum  $\pi$ , super hos pono filum centri, Iam cum 20 Iulij die in tabula medijs argumenti Lunæ in diebus & mensibus, reperio 15 gradus cū D litera, Hos uero mobilis rotulæ gradus ac literas dirigo sub filum centri, & index ostendit argumentū medium Lunæ, 23 gradum  $\pi$ . Rotula quoq; cauata circa titulum argumentum Lunæ, eiusdem æquationem subtrahendam unius gradus indicat cum in album incidat. Facta itaq; subtractione æquationis argumenti à medio Lunæ motu, scilicet o &, relinquitur uerus Lunæ in 29 gradu  $\pi$ .

¶ Verus Capitis Draconis Lunæ motus  
perquirendus est.

**V**M annis datis ingredere tabulam radicum ueri motus  $\sim$ , & quod circa eos repieres numera in signifero immobilis rotulæ, & super id pone indicem mobilis rotulæ. Deinde in tabula ueri motus  $\sim$  quære diem mensis propositi, & gradus cum litera A, quos circa eos dies & menses inuenies, numera in mobili rotula, & super finem numerationis extende filum centri, quod in signifero immobilis rotulæ indicat uerum motum  $\sim$  tempore dato.

¶ Exemplum de motus  $\sim$  Draconis inquisitione.

**V**M annis 1522 reperio in tabula radicum, ueri motus  $\sim$  Lunæ 10 gradus  $\pi$ , super hos in immobili rotula computatos pono indicem mobilis rotulæ. Deinde in tabula ueri motus  $\sim$  in mensibus & diebus, quero 20 Iulij, quem cum non inueniam, accipio proximè eo minorē, 18 Iulij uidelicet diem, qui offert 11 gradus cum A litera. Hos numero in mobili rotula, filumq; centri super horum terminum extendo, id in extremo immobilis rotulæ orbe indicat uerum  $\sim$  Lunæ tempore dato, uidelicet 29  $\pi$  gradum.

Restat adhucq; uidam circulus aspectuum, sed cum eius usus admodū facilis sit, exercitiū loco studiosis relinquimus.

FINIS ORGANI VRANICI IOANNIS  
Schoneri Caroloftadij, Mathematici Norici.

i y Instru-